

Beiheft

S. 66

1289 Mai 2.

[28]

Die Stadt Ahlen bekundet den Vergleich des Hermannus Dilige mit dem Stift Breden.

Nos Vernherus iudex, scabini, consules opidi in ALEN universis visuris presentia protestamur, quod Hermannus dictus Dilige laborans venire contra factum sue vendicionis curie in Borbene facte legitime a se, Gosstino fratre suo et ab aliis suis coheredibus, prout in instrumentis nostro sigillo roboratis supradicto facto ipsorum confectis plenius continetur, salubri amicorum suorum inductus consilio omni inpetacioni seu iuri, quod sibi ratione successionis hereditarie competere poterat, accedente ad hoc consensu Lutgardis uxoris sue, Hermanni, Frederici et Gertrudis liberorum eiusdem voluntarie et expresso in nostra constitutus presentia renunciavit in manus domine prepositisse Beaticis ecclesie Vredensis libere et absolute. Huius rei testes sunt Hinricus decanus et Siffridus scolasticus in Bekehem, Varmundus veteris et Lambertus nove ecclesiarum in ALEN, Ludolfus et Lambertus sacerdotes; Adolfus de Ostenvelde, Gerlacus Bitter, Rodolhus Longus, Johannes de Vulphem, Hugo de Amvich militares; Everhardus de Puteo, Albertus dictus Judicis, magistri scabinorum; Nicolaus Delen, Johannes Holle, Johannes Make, Johannes de Eningerlo, Sevederus in Campo, Hinricus Evervini, Ditemarus dictus Rost, Alhardus de Gusnen et alii plures. Datum anno Domini M^cc^oL^{XXX}^o nono in crastino Philippi et Jacobi apostolorum. Preterea inter nominatos presentes erant: Theodericus scolasticus et Sophia canonica ecclesie Vredensis, Gotfridus officiatus preposite supradicte, Gosstinus de Dene villieus de [Vosd¹]inghen et Hinricus opidanus in Vredene. In cuius rei testimonium rogatu ipsius Hermanni Diligen, uxoris et coheredum suorum prenominatorum una cum sigillis nostri, videlicet opidi, decani ecclesie in

Bekehem ac plebani veteris ecclesie in ALEN presentem duximus paginam roborandam.

Orig. Bon 3 Siegeln daß 3. teilweise erhalten; Lade 217, 1 Nr. 13. Kopian
fol. 21v.